



In epistola sua testatur dicens: filioli. iam nouissima hora est.
 Ap[osto]lus autem dicit. iam aliquam partem duodecime horae transisse sic.
 iunc enim propior est ira salus quam cum excludimus. puta: erat
 duodecima hora n[ost]ro tempore. iam non erat integra duodecima hora.
 Sine dubio modicum restat. unde putas. quia candor iustitiae. iam re-
 cessit de mundo. & sol radios gratiarum suarum. in se colligens reuocauit.
 & totam terram nigredo iniquitatum uel mendaciorum. quasi fusca
 cooperuit. nisi quia iam & ipsa duodecima hora finitur. ubique
 tenebrae uides. & dubitas diem transisse. prius & enim in uallibus. fit
 obscuritas die declinante ad occasum. Quando ergo ualles uidentur
 obscurari. quis dubitat quia iam nox est. Sic primum in saecularib[us].
 & licet xp[ist]iani incipit preualere obscuritas peccatorum. iunc
 autem quando iam uides quod sacer dotes positi in summo uertice
 sp[irit]ualium dignitatum. qui montes & colles dicuntur. ipsos ad pre-
 hendit iniquitas tenebrosa. quomodo dubitetur. quia finis mundi.
 Item exit circa terram. & uidit alios stantes in foro otiosos.
 Uideamus quid sint otiosi. non peccatores sunt. Illi enim mortui
 dicuntur. non otiosi. Sicut enim surdus apud d[eu]m dicitur. qui non
 audit quae d[omi]ni sunt. sed quae diaboli. Sicut cecus dicitur. qui non
 corporaliter cecus est. sed percussus oculos diaboli uidit mundi.
 Sic qui diabolo uiuit mortuus est apud d[eu]m. Quis ergo otiosus.
 qui opus d[omi]ni non operatur. puta alienas res tollit. non est otiosus sed
 mortuus. Si autem aliena quidem non tollit. tamen nec detur rebus
 in potentibus. tunc otiosus est. nam quia aliena non tollit. non
 quidem peccat. tamen nec iustitiam nec misericordiam operatur. Ut
 non esse otiosus. nec aliena tollit & detur det. & operatur est. in uinea
 d[omi]ni. misericordia uita inebriatur. In deliciis est. non est otiosus. Sed
 sicut ait apostolus. uiuens mortuus est. Si autem mensurat & manducat.